

Sunt item,

quae appellantur **alces**.

Harum est consimilis capris figura et varietas pellium,

sed magnitudine paulo **antecedunt** mutilaeque cornibus

sunt et **crura** sine nodis articulisque **habent**.

² neque quietis causa **procumbunt** neque

si quo [adflictae casu] **conciderunt**,

erigere sese aut **sublevare** possunt.

³ **His** sunt arbores pro cubilibus:

ad eas se **applicant** atque ita / paulum modo reclinatae \

quietem capiunt.

⁴ Quarum cum ex vestigiis est **animadversum**

a venatoribus,

quo se recipere consuerint,

aut omnes arbores eo loco ab radicibus **subruunt**

aut **accidunt**,

tantum ut **summa species** [earum stantium] **relinquatur**.

⁵ Hud cum se consuetudine **reclinaverunt**,

infirmas arbores **pondere** adfligunt atque **una** ipsae **concidunt**.